



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ephesini Concilii Generalis Pars III. Sub Cælestino papa I. anno CCCCXXXI.

Parisiis, 1644

Homilia Cyrilli Episcopi, Habita ad populum apud Romanos est XXIII. dies
Aprilis vigesima octava die mensis Pharmuthi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15241

ANNO CHRISTI 431.
καὶ ὡς ἰδίῳ ἐδέξω πίστιν ἧς καὶ ὁ
ἴσον ἐπέτακται τῷδε τῷ γράμματι.
καὶ πύτη τῆ καθαρά κοινωνία λυ-
σιν διδάσκει πᾶσι πῶς ἐν μέσῳ τῶν
* ἀμφοτέρων τῶν μερῶν, ὡς ἐν ἁρε-
* γαίᾳ * γένηται ἡ ἐπιανέρχου-
* μθα εἰς τὴν παροῦσαν τῆν ἐκκλησίαν
τῆ τῆ θεοῦ χάριτι γαλιλίῳ.

perindeque ac propriam fidem
suscepisti: cuius quoque exem-
plum his insertum est literis.
Atque ita tandem sincera hac
communione iis omnibus, qua
interim utrimque ut in tumul-
tuatione fit hactenus accide-
runt, finem imponimus, & per
Dei gratiam, ad pristinam ec-
clesiarum pacem & tranquilli-
tatem reuertimur.

HOMILIA CYRILLI EPISCOPI, HABITA
ad populum * vigesima octava die mensis Pharmuthi.

* Apud Ro-
manos est
XXIII. dies
Aprilis.
CA. XXIX.

Eos qui pietate firmi sunt, & sacrorum dogmatum cer-
tissimam atque ornatam habent fidem, terram vberem
propheta nominat, dicens: *Et eritis vos terra pinguis, dicit Dominus omnipotens, & benedicent vobis omnes gentes.*
Terram vero vberem esse dicit fecundissimam & fructi-
feram, & fructuum domesticorum matrem atque nutri-
cem. Huiusmodi autem est omnis Deo amabilis & san-
cta anima, cultorem veluti quemdam & feminatorem
totius boni * omnium sortita Christum, qui etiam sacro-
rum nobis dogmatum coruscant scientia. Sed omnium ini-
micus, hoc est satanas, excitat per tempora superfeminan-
tes tritico maligna zizania. Verumtamen licet floreat,
reciduntur: eritque sic ager purissimus. Expulsus igitur
est ab omni ecclesia Nestorius impius, amara diaboli vere
zizania, & concordant de cetero per omnem consistentes
orbem terrarum Dei cultores episcopi, rectam & vnam
confitentem fidem. Copulati siquidem sunt nostris eccle-
siis; magis autem totius orbis terrarum, etiam apud orien-
tem constituta. Confessi etenim sunt Deo amantissimi
episcopi ibi constituti rectam & sine profanatione fidem.
Quæ autem scripsit ad me Deo amantissimus & reueren-
dissimus episcopus Antiochiæ Ioannes, quæve ego ad eum
rescripserim, Deo fauente audietis.

Malach. 3.
Matth. 13.

